Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Abrahamus Bzovius in prosecutione Annalium C. Baronii ad Annum Christi j 2 9 j. de fundatore nro ita scribit, numero j 6.

In Germania Meinhardus Comes Tyrolensis, & Dux Carinthiæ, Egnum Tridentinum insidentem habuerat, atq; indebitandi iniuriis oppreserat. Eum itaq; Nicolaus 4. Pontifex ad subsellia Sedis Apostolicæ, ut causam diceret vocabat. cumq; venire contemneret, Rudolpho regi Romanorum eius æternam contumaciam renunciavit, utq; eum armis ad obsequendum impelleret hortatus est. Rudolphus ut opportunum sibi fore iudicavit, si in Comitiis Principum ea de re ageretur. Quamobrem Spiram illud indictis, utq; ibi una cum reliqs proceribus adveniret edixit. Dum vero ad sacra vindicanda Rudolphus Spiram properat, pridie Cal. Octob. in quodam oppido agri Spirensis diem extremum clausit.

Et in Anno Chri j 2 9 8. n. 7. memorat idem Author, Bonifacium Octavum contra dictum Meinhardum anathema innovasse, & Comitatui Tyrolensi sacris interdixisse, quod Egnum Tridentinum iniuriis afficeret.

Absolutus tamen ab Excommunicatione legitur uno anno ante obitum suum.

Aº j 2 9 2 civitas Veronensis subito incendio pene tota conflagravit, residente tunc ibi Meinhardo fundatore nro, & adventante eodem die Alberto Austriaco Meinhardi genero.

Aº j 3 0 5 in festo SS. Apostolorum Philippi & Jacobi occisus à Joanne filio fris sui Alberto Rex Romanorum prope Pruggam, relinquens ex Elisabetha filia fundatoris nri 10 liberos, Fridricum Regē Rom. Leopoldū, Albertū, Henricū, Othonē duces Austriæ: Agnetem reginā Vngariæ, Elisabeth ducissā Lotharingiæ, Annā reginā Poloniæ, Guttam Comitissā d'Ottinge, Catharinā ducissam Calabriæ.

Conradus Abbas 4tus.

f. Conradus Walder electus est in Abbatem huius Cœnobii Anno j 2 9 9. septimo Julii. ordinā. Sancto.

Regnavit annos sedecim, menses octo, dies 13.

Obiit Anno j 3 1 6. 10 Martii.

Emit Monzio diversa bona pro 636 marcis. Item alia plura pro marcis 870.

S. Pontifex.

Benedictus Undecimus, dictus 10. sedit m. 9. d. 6.

Clemens quintus. sedit annos 8. m. 10. d. j 6.

Cæsar.

Albertus dictus, qui regnavit annos 10. habuit iste Alberti germanum nom Rudolphum, qui Pragæ obiit, relicto ex Agnete sorore Wenceslai regis Bohemiæ, filio Joanne, qui apud Reintelder prope civitatem Pruggæ, sicut Joab Amasam, fraudulenter occidit. pp q homicidium insum Clementis V. ingressus è Monzium, & tota vita pœnituit iste Joannes.

Alberto successit in Imperio Henricus Comes de Lizelburg Vir egregius. qui regnavit annos 7. menses 8. Veneno ut scribitur, sublatq. In ingressum electq Francofurti Aº j 3 0 8.

Comes Tyrolis

Otho primogenitus Meinhardi fundatoris, qui obiit Aº j 3 10. 25 Maij.

Henricus Rex Bohemiæ & Poloniæ, filius fundatoris natu minimus. qui construxit Ecclesiam ad S. Joannem Baptistam.

Ludovicus Othonis & Henrici fr., & filius fundatoris pro confessario habuit F. Othonem Monachū de Stambs, in cuius manibus uti & ipsius B. Conradi Abbatis) solennem fecit stipulationem se Epo Tridentino, & Ecclesiæ illius ora restituturū, si damnū aliquod intulit &c. Aº j 3 0 5.

Is.

Anno Dni j 2 9 9. Annis Clausuri nri intantū excrevit, q; et in clausuri ita fortiter impegit, q; ex pro magna pte disruing.